

Jacek Wijaczka, Zenon Guldron

Rewizja gruntów w komornictwie olsztyńskim z roku 1717

Komunikaty Mazursko-Warmińskie nr 1, 53-68

1994

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

Zenon Guldon, Jacek Wijaczka

Rewizja gruntów w komornictwie olsztyńskim z roku 1717

Celem niniejszej publikacji jest przedstawienie tekstu rewizji gruntów (revisio glebae) komornictwa olsztyńskiego z 1717 r. Wydawnictwo nawiązuje więc do wcześniej ogłoszonych rewizji Warmii z lat 1615¹ i 1702².

Geneza publikowanego źródła wiąże się z ówczesnym systemem podatkowym. Na terenie Warmii, podobnie zresztą jak i w całych Prusach Królewskich, podstawę wymiaru podatków na rzecz skarbu Rzeczypospolitej stanowiła taryfa z 1682 r.³ Zgodnie z nią Warmia miała płacić podatek zaledwie z 956 łanów i 3 mórg. Liczba ta nie miała nic wspólnego z rzeczywistą liczbą łanów. Tak więc dla wymiaru obciążień podatkowych konieczne było ustalenie relacji łanów uprawnych (*mansi naturales*) i podatkowych (*mansi tariffales*). Już 6 października 1716 r. biskup warmiński Teodor Potocki (1711–1723) powołał komisję, która miała dokonać pomiaru i oceny jakości (bonitacji) gruntów⁴.

Ostateczny skład komisji ustalili biskup Potocki i kustosz Jan Jerzy Kunigk⁵ w imieniu kapituły. Komisji przewodniczył dziekan Bernard Teodor baron Schenk, a sekretarzem był pisarz Jan Lighton. W jej skład wchodzili Gaspar Simonis, Mateusz Krakau i Jan Godfrey Schimmelfennig. W przypadku nieobecności któregoś z komisarzy zastępować ich mieli Andrzej Gąsiorowski, Zygmunt ab Hatten, Jan Grzymała i Joachim Knobersdorf⁶. Komisarze otrzymali szczegółową instrukcję określającą zakres ich obowiązków. Mieli przede wszystkim dokonać rewizji gruntów, zwracając uwagę nie tylko na ich ilość lecz także i jakość. W tym ostatnim przypadku brano pod uwagę możliwość wysiewów zboż jarych (nie wszędzie istniejącą ze względu na zbyt krótki okres wegetacyjny), posiadanie łąk, pastwisk i lasów (drewno na budulec i opał) oraz odległość od większych miast (Braniewa, Elbląga i Królewca), w których sprzedawano zboże. Po uwzględnieniu

1 *Rewizja łanów warmińskich z 1615 roku*, wyd. Z. Guldon i J. Powierski, *Komunikaty Mazursko-Warmińskie*, 1970, nr 2, ss. 245–281.

2 *Ouellen zur Kultur- und Wirtschaftsgeschichte des Ermlands*, hrsg. V. Röhrich i A. Poschmann, *Bibliotheca Warmiensis*, Braunsberg 1931, Bd. 10, Można tu dodać opis Warmii z 1656 r. oraz rewizje z lat 1660 i 1688; *Summarisches Verzeichniß des Fürstenthums Ermland von 1656*, hrsg. J. Kolberg, *Zeitschrift für die Geschichte und Alterthumskunde Emlands*, Bd. 7, 1881, ss. 47–300 oraz *Bauernlisten aus dem Fürstbistum Ermland von 1660 und 1688*, hrsg. A. Birch-Hirschfeld, Braunsberg 1.37.

3 *Taryfy podatkowe ziem pruskich z r. 1682*, wyd. S. Kętrzyński, *Fontes Towarzystwa Naukowego w Toruniu*, t. 5, 1901.

4 A. Szorc, *Dominium warmińskie 1243–1772. Przywilej i prawo chełmińskie na tle ustroju Warmii*, Olsztyn 1990, ss. 52–53.

5 Wiele informacji o Kunigku podał A. Szorc, *Z działalności kościelnej biskupa Andrzeja Chryzostoma Zahuskiego na Warmii (1698–1711)*, *Studia Wamińskie*, t. 4, 1967, ss. 35–82.

6 O osobach tych zob. A. Szorc, *Dominium*, według indeksu oraz S. Achremczyk, *Życie polityczne Prus Królewskich i Warmii w latach 1660–1703*, Olsztyn 1991.

tych czynników komisarze mieli podzielić grunty na sześć klas. W instrukcji zwracano uwagę, że łan o najlepszych glebach był równoważny sześciu, a nawet dziesięciu łanom o najgorszej glebie. Ta klasyfikacja miała stanowić podstawę ustalenia obciążeń podatkowych.

Komisarze 16 czerwca 1717 r. przybyli na zamek olsztyński, a w dniu następnym zjechali do wsi Klebark Mały. Ostatecznie przyjęli podział gleb na klasy: dobra (bona), średnia (mediocris), mieszana (intermixta), marna (vilos), jeszcze gorsza (vilior) i najgorsza (vilissima). Rewizja gleb w całym komornictwie została zakończona 13 lipca 1717 r.

Zródło zasługuje na publikację ze względu na to, że jest to pierwsza próba oceny jakości gruntów nie tylko na Warmii, ale i w całej Rzeczypospolitej. Przeprowadzone rewizje gleb we wszystkich komornictwach warmińskich stanowiły podstawę ustalenia podatku na rzecz państwa. Tu warto jedynie podać, że w komornictwie olsztyńskim z 2794 łanów pomiarowych miano płacić podatek jedynie z niespełna 147 łanów taryfowych⁷. Już ten przykład wskazuje na nikłą przydatność rejestrów podatkowych z końca XVII i początków XVIII w. dla badań nad osadnictwem i gospodarką w tym okresie. Stąd też przynajmniej taryfa łanów naturalnych i podatkowych z 1718 r., ustalona na podstawie rewizji gleb, zasługuje na osobną publikację.

Podstawę niniejszej publikacji stanowi oryginał rewizji gleb zachowany w Archiwum Głównym Akt Dawnych w Warszawie w zespole Archiwum Biskupstwa Warmińskiego pod sygnaturą 67. Rewizja komornictwa olsztyńskiego znajduje się na stronach 113—146. W przypisach rzeczowych ograniczono się do podania współczesnych nazw rewidowanych wsi, opierając się przede wszystkim na słowniku S. Rosponda⁸.

⁷ Archiwum Główne Akt Dawnych w Warszawie, Archiwum Biskupstwa Warmińskiego, sygn. 67, p. 185—188.

⁸ S. Rospond, *Słownik nazw geograficznych Polski zachodniej i północnej*, t. 1—2, Wrocław—Warszawa 1951. Prawie wszystkie wsie uwzględnione zostały w opublikowanej rewizji z 1615 r.

Tekst źródłowy

CAMERATUS CAPITULARIS ALLENSTEINENSIS

Actum in castro capitulari Allensteinensi die Mercurii 16 Junii anno 1717 horis matutinis.

Ex ordinatione et destinatione tam celsissimi principis illustrissimi et reverendissimi domini Theodori Potocki, Dei et apostolicae sedis gratia episcopi Varmiensis et Sambiensis, Sacri Romani Imperii principis, terrarum Prussiae praesidis, quam reverendissimi capituli ecclesiae cathedralis Varmiensis, ad locum hunc designatum convenientes personaliter perillustris ac reverendissimus dominus Bernardus Theodorus baro a Schenk, decanus, canonicus Varmiensis, uti negotii infrascripti praeses, illustris admodum reverendus Gaspar Simonis, praepositus Crossensis, generosi Matthias Krakau burgrabius Heilsbergensis ac in Dittersdorff, Joannes Godefridus de Schimmelmann in Zechren haereditarii ex episcopali, Sigismundus ab Hatten in Klakendorff et Joannes Grzymała in Trautzk haereditarii ex capitulari, uti ad infrascripta deputati commissarii, praevia communicatione litterarum commissionis et instructionis, praeliminarter praestitum fuit ad formam in instructione insertum, per eosdem dominos commissarios corporale iuramentum nec non ex seorsiva rotula aliud particulare per me notarium commissionis infrascriptum condicatumque, ut in crastino a mane commissio

iniuncta exordium sumat et iurisdictio fundetur in proxima villa huius cameratus Allensteinensis, Kleeberg Nova nuncupata, et sic versus orientem in circumcirca, nulla praetermissa usque ad ultimam et conterminam eidem procedatur in nomine Domini.

Actum in villa Kleeberg Nova cameratus praedicti capitularis Allensteinensis die Jovis 17 Junii.

Praesentibus quibus supra nec non generoso Petro Kalhorn, burgrabio loci, aliisque vocatis vocandis reproducta in originali et perfecta commissione, cuius hic tenor:

Nos Theodorus Potocki, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Varmiensis et Sambiensis, Sacri Romani Imperii princeps, terrarum Prussiae praeses et paelati ac canonici totumque capitulum ecclesiae cathedralis Varmiensis.

Universis et singulis, quorum interest, praesertim vero vassalis ac subditis, tam episcopalibus quam capitularis, ditionum nostrarum, notum testatumque facimus, quod cum a tam longo tempore, quo mansi tariffales in hanc provinciam sunt inducti hucusque praeterlapso non pauci in tariffam provinciae sive quod ex frequentibus bellorum inundationibus proportio debita plane servari non potuit sive quia olim mansi inculti modo culti facti sunt, sive quia plurimae eruncationes subsecutae, sive demum ex aliis rationibus quibuscumque et cum notabili gravamine respective multorum vasallorum et subditorum errores irreperserint, nos eiusmodi gravaminibus alias iam nobis bene perspectis ex iustitia et aequitate occurrere cupientes, de unanimi consilio, consensu ac matura deliberatione electos revisores, qui singulas villas omnium cameratum totius huius provinciae quantocius et sine omni mora visitent, glebam examinent, in classes distinguant atque sic visitatas, examinatas et distinctas ad formandam iustiorem, aequiorem et tempori praesenti magis consentaneam universalem tariffam nobis consig-
nent, deligendo ac deputando ab utrinque, censuimus prouti quidem illustrem admodum reverendum Gasparem Simonis, praepositum Crossensem, et generosos Matthiam Krakau, burgrarium Heilsbergensem ac in Dittersdorff, Joannem Godefridum de Schimmelfennig in Zechren haereditarios. In casu vero alicuius intervenientis legalis absentiae generosum Andream Gąsiorowski in Lezaynen haereditarum substituendum ex episcopali et Sigismundum ab Hatten in Klakendorff et Joannem Grzymała in Trautzig haereditarios, itidem in casu eorundem legalis absentiae substituendum nobilem Joachimum Knobelsdorff in Berckfried haereditarium ex capitulari partibus, adhibito pro huius revisionis actu Joanne Lighton, notario, sub praesidentia perillustris et reverendissimi domini Bernardi Theodori baronis a Schenk, decani, canonici Varmiensis etc., delegimus, recepto prius ab iis super praemissis iuxta specialem rotam ad eum effectum praeccep-
tam corporali iuramento deputavimus per praesentes, committendo eisdem, quibus supra revisoribus plenam et omnitudinem facultatem, quatenus ad singulas villas vasallorum, libertinorum et colonorum totius provinciae huius Varmiensis, nemine excepto, per-
sonaliter vocatis ad sui praesentium burgrabiis et scabinis terrestribus iuratis cuiusque cameratus tum et scultetis villarum descendant, de numero mansorum inquirant, qualitatem glebae examinent, eandem in classes dividant, de excrescentiis ac eruncatis sese informari faciant nec non de fructibus ex gleba provenientibus caeteraque, iuxta seorsivam informationem a nobis approbatam, fide iurata gerant et exerceant atque habitis praemissis singula eorum sine ullo respectu personarum exacte conscribant, conscripta perillustri et reverendissimo decano peracta cuiusvis cameratus revisione ad nos deferenda et deportanda, nobis in rotulo occluso et nemini alteri in ante communicanda, simultanee praesentent et consignent. Damus praeterea suprafatis revisoribus per nos nominatis potestatem, quatenus burgrabios, scabinos terrestres, scultetos villarum ac quosvis alios gnaros ac peritos, quos ad sui praesentiam ratione dicti revisionis actus vocari necesse iudicaverint, si opus esset etiam per iuramentum ad dicendam super interrogatoriis ad hanc revisionem opportunis, veritatem, cogere et compellere possint,

quo facilius et citius opus hoc complere et perficere valeant. Mandamus proinde omnibus et singulis burgrabiis, scabinis terrestribus cameratum, scultetis villarum et quibuscumque aliis vasallis, subditis ac incolis nostrarum ditionum, quatenus ad quamcunque requisitionem vel intimationem praedictorum nostrorum revisorum compareant, eosdem ad villas suscipiant, agros suos revideri patient, docere fideliter et insinuare verbotenus sive per documenta in iis, super quibus in ordine ad praesentem revisionem fuerint requisiiti, non intermittent sub poenis arbitrariis nobis reservatis. In praemissorum fidem praesentes subscriptas sigillis nostris communiri iussimus. Datum Bischdorffii die 11 Junii 1717.

Theodorus episcopus
(sigillum episcopale)

Joannes Georgius Kunigk
custos, canonicus Varmiensis
uti praeses
(sigillum capitulare)

Fundata fuit iurisdictio commissorialis et simul paelecta et diligenter attenta instructio, cuius hic tenor:

Considerationis aliisque annotatae in ordine ad formanda puncta a revisoribus pro tariffa facienda deputandis observanda

1 Ut ad quamcunque villam pervenerint, ipsi in personis revideant glebam scultetosque villarum examinent, accepto ab eis, si ita visum fuerit, etiam corporali iuramento de dicenda veritate ad interrogatoria.

2 Ut inquirant de numero mansorum naturalium, qualitate et quantitate glebae, utrum triticum et quantum de illo, videlicet in manso uno seminari possit. Utrum sint agri omnes aequales, an reperiant varii generis in eadem villa et qui sint in potiori parte, an boni, ubi et hiemalis et aestivalis conseminalio haberit possit, an vero arenosi. Utrum totus campus seminari potest semente aestivali, aut solummodo aliqua pars, quod est maxime notandum. Utrum sint prata et quam ampla, num fructifera aut solummodo paludes infructiferae, ad nullum fructum servientes et in quali quantitate. Utrum villa habeat propriam silvam ad aedificia et focum vel non. Utrum villa habeat bona pascua pro pecoribus et equis. Utrum villa longe aut parum distet a maioribus civitatibus, ad quas frumenta sua deportare et ibidem divendere possit, quod etiam plurimum observandum. Quot in aliqua villa deserti et an conducant.

3 His itaque per totum episcopatum in omnibus bonis celsissimi principis et venerabilis capituli Varmiensis colonialibus, in bonis etiam a spiritualibus possessis, exceptis mansis dotalibus parochialibus, nobilibus, villis civitatum, libertinalibus examinatis et ubique connotatis qualitatibus, descendant ad formandas classes mansorum relinquendo arbitrio dominorum revisorum, quatenus in tot classes glebam dividant, quot ipsis videbunt necessariae etiamsi decem esse deberent. Hoc quam maxime considerato, quod ad illas classes reducere debeant omnia bona totius episcopatus etiamsi enim in quolibet cameratu reduci posset gleba ad tres classes, non sequitur exinde, quod in toto episcopatu ad tres classes reduci possit. Ratio est, quia licet in quolibet cameratu invenit gleba bona, mediocri set mala, non sequitur, quod bona gleba in uno cameratu aequiparari possit bonitati glebae, quae reperitur in alio cameratu et per consequens, potest enim dici bona respectu vilioris, quae in uno cameratu reperitur, non tamen potest dici bona respectu bonitatis, quae in alio cameratu reperitur. Et licet in cameratu Fraumburgensi poterit dividi gleba in bonam, meliorem et minus valentem, multae tamen villae reperientur in cameratu Allensteinensi, quae consideratis considerandis ad nullum gradum ex istis reduci poterunt, sed omnino aliquot gradibus inferiores esse debebunt et forte nulla talis invenietur, quae poterit esse aequalis bonitati glebae, quae alibi forte

reperiatur. Ad hunc effectum dantur mansi in quatuor classes per olim reverendissimum dominum decanum Nycz in anno 1703 dum Sueci infrarent Varmiam distributi non ut sit regula, sed duntaxat exhibitio methodi. Item commissio de anno 1614.

4 Ad classes itaque omnibus villis redactis, considerabunt diligenter, quot mansi naturales erunt correspondentes fructui, quem quis bonus pater familias percipere potest ex uno manso in prima classe posito, hoc praecauto, quod hic fructus considerari debet non respectu crescentiae istius anni, quae in optimo agro est pessima, sed respectu agri ordinarie fructum ferentis, respectu mansorum in secunda classe positionum et consequenter in aliis classibus, ita ut tot mansi naturales ex secunda, tertia, quarta, quinta et sexta classe mansorum accipiatur respectu unius mansi ex prima classe, quatenus fructus ex illis mansis consideratis considerandis adaequari possit fructui, quae ex uno manso in optima gleba posito haberi potest. Et talis reductio ex secunda, tertia et aliis classibus mansorum fiat ad numerum minorem mansorum, ut quilibet taliter reductus correspondeat uni manso in prima classe posito, sunt enim multi homines in Varmia, qui pro uno manso in optima gleba darent libenter 6 et 10 mansos in pessima gleba, quos possident, et multas expensas circa culturam magni mansorum numeri sufferre debent, paucum vero colligere fructum.

5 Haec reductio secundae, tertiae, quartae etc. classium mansorum, ubi rite et debite executa fuerit in ordine, ut omnes mansi taliter reducti sint sibi aequivalentes, compensata meliori gleba, per maiorem portionem vilioris glebae, in momento fieri potest calculus, quot mansi taliter aequales ibunt in unum mansum tariffalem, ut ex his omnibus mansis taliter aequalibus veniat numerus mansorum tariffalium 956 iugerum 3.

6 Et projecto taliter omnium (observatis observandis) facto portabunt illud domini revisores celsissimo principi et venerabili capitulo trutinandum, discutiendum, relegendum, meliorandum et si placuerit approbandum, ratificandum etc.

7 Nobilium mansi aequae connotentur eadem methodo qua supra, moderatione iuxta antiquum contribuendi modum ad placitum illustrissimae celsitudinis et venerabilis capitulo reservata.

Notandum. Quod revisores ab utrinque deputati abstineant a taxatione proprietorum mansorum, sed eosdem reliqui condeputati taxent.

Iuramentum revisorum

Ego NN iuro Deo omnipotenti, quod ego constitutus a celsissimo principe et venerabili capitulo Varmensi ad revisionem et taxationem glebae omnium villarum, nobilium, libertinalium et colonialium totius episcopatus, ad effectum proportionandi mansos eorum ad tales regulam, iuxta considerationes mihi consignatas in folio a parte, ut quilibet possidens aequaliter sentiat incommoda publica sub proportione qualitatis et quantitatis glebae, omnia fideliter annotabo, appretiabo, aequalisabo sine ullo familiaritatis, consanguinitatis, amicitiae, alicuius commodi, odii similitatis, corruptelae aut quocunque alio excogitabili respectu et motivo, sed pure, vere iuxta Deum, conscientiam, rei veritatem, prudentiam ac strictiora ligamina religionis, sic annotatos, appretiatos et aequalisatos secrete servabo, nulla copia mihi relicta neque alteri cuiquam confidenti ostensa, multo minus communicata, sub mea subscriptione soli illustrissimae suae celsitudini et venerabili capitulo consignabo. Sic me Deus adiuvet etc.

Iuramentum notarii

Ego NN in occasione commissionis super constitutione glebarum mansorum nobilium, libertinalium, scultetorum et colonorum inquirenda et deficienda, tam a celsissimo principe quam a venerabili capitulo constitutus notarius, omnia et singula, quae a dominis

revisoribus ad calamum debuntur, fideliter annotabo, de mihi ad annotandum commissis, nil minuam aut addam. Annotata secrete servabo, nulli vocaliter aut scriptis de mihi commissis communicabo neque mihi ipsi per copiam aut in rapsorio conservabo, sed omnia et singula huius revisionis acta tam in copia, rapsorio, quam in authenticum reducta ad manus a celsissimo principe et venerabili capitulo constituti supremi delegati fidelissime consignabo. Sic me Deus adiuvet etc.

(Sigillum capitulare)

Ad mandatum venerabilis capituli extradidi et subscrispi anno 1717 die 4 maesis Junii Petrus Joannes Fochs, venerabilis capituli Varmiensis secretarius.

Post haec multa deliberatione et consultatione simultanea praehabita uniformibus suffragiis placidate determinatae sunt qualitatis glebae classes numero 6, videlicet prima bona, secunda mediocris, tertia intermixta, quarta vilis, quinta vilior, sexta vilissima in singulis villis et locis ex revisione et oculari inspectione ac censura pro aequo et iusto determinanda. Qua libella formata processerunt domini revisores commissarii in equis in campos omnes tres, hiemali, aestivali semente conseminalatos, quam tertiorandum seu non conseminalatum, eiusdem villaे Kleeberg Novi¹, circumgirando per omnia confinia, nec non per transversum, lustratis quoque pratis, frutetis considerataque diligenter qualitate, quantitate, situ, fertilitate agri seu agrorum, tum examinatis et inquisitis examinandis et inquirendis compertum.

Villam eandem videlicet Kleeberg Novum habere vigore privilegii mansos naturales 30, prata pauca et minus utilia, silvas nullas, paludes et fruteta plura, agros minus fructiferos et semente aestivali vix ad medietatem conseminalibiles, tritici aliquid in duobus tantum campis seminari potest. Ex his praefatis 30 mansis sunt 2 deserti, qui per modialia seu prout opportunius elocantur. Distat Elbinga 13, Brunsberga 11, Regiomonto 16 milliaribus ideoque relata ad classem quintam, videlicet vilioris glebae.

Kleeberg Vetus² habet mansos naturales 24 exceptis 6 parochialibus, prata sufficientia, sed non omnia fructifera, ligna nulla, campos omnes tres semente aestivali ad tres tantum partes conseminalibiles, triticum in quantitate parva seminatur, pascua prope lacum habet commoda. Distantia a maioribus civitatibus eadem cum priore villa ideoque relata ad classem tertiam intermixtae glebae.

Quidlic³ habet mansos naturales 24, prata ad usum suum, paludes prolixas, silva caret, in campo uno versus Patriken pars aliqua arenosa et semente aestivali non conseminalibilis, triticum in mediocri quantitate seminatur. Distat Regiomonto, Elbinga 14, Brunsberga 12 milliaribus ideoque locata sub classe secunda mediocris glebae.

Skiabotte⁴ mansos habet 50, semente aestivali ultra medietatem conseminalibiles, silvam nullam, prata pauca, distat Elbinga 14, Regiomonto 16 milliaribus, relata itaque sub classe quarta vilis glebae.

Patriken⁵ habet mansos 50, feudales 6, colonales 44, prata in campo hiemali sufficientia, quaedam etiam in aestivali, in tertio nulla, sed paludes quasdam. Campos omnes tres respective ultra medietatem semente aestivali conseminalibiles. Distantia a maioribus civitatibus eadem cum priore villa ideoque relata ad classem quartam vilis glebae.

¹ Klebark Maly.

² Klebark Wielki.

³ Silice.

⁴ Skajboty.

⁵ Patryki.

P r e y l e s⁶ feudum mansos habet 30, silvam habet, prata vix sufficientia, fruteta et paludes multas, campos aestivali semente ultra medietatem conseminalbes, distat Elbinga 14, Regiomonto 16 milliaribus, relata itaque sub classe quarta vilis glebae.

G i l a u⁷ mansos habet 30, semente aestivali vix in tertia parte conseminalbes, montes densos et saxosos, prata modica et non utilia, ligna ad focum in mansis propriis habet, pascua in silvis dominii. Elbinga distat 15, Regiomonto 16 milliaribus ideoque relata sub classe sexta vilissimae glebae.

G r a s k a u⁸ habet mansos 7 libertinales (horum 4 desertos ob pauperiem possessorum), semente aestivali in parva parte conseminalbes, ligna habet in propriis mansis, prata nulla, pascua in contiguis silvis dominii. Distantia eadem a civitatibus maioribus cum priore ideoque locata sub classe sexta vilissimae glebae.

P a y t h u n e n⁹ mansos habet 30, ex his vasalli 20, libertinales et colonales 10, semente aestivali vix ad medietatem conseminalbes, ligna non habet, sed paludes multas, prata pauca et sterilia. Elbinga distat 14, Regiomonto 16 milliaribus, relata igitur sub classe quinta, videlicet vilioris glebae.

P a y t h u n e n mola propria habet 3 mansos sub classe sexta, videlicet glebae vilissimae.

P u r d e n¹⁰ mola habet mansum 1 naturalem arenosum, semente aestivali in medietate conseminalbem, relata itaque ad classem quartam, videlicet vilis glebae.

P u r d e n M a i u s¹¹ habet mansos 65 exceptis parochialibus (horum sunt deserti et qui raro elocantur nisi in campo hiemali 16), semente aestivali in medietate tantum conseminalbes, ligna ad focum habet in mansis propriis, prata ad necessitatem, paludes magnas, pascua in silvis contiguis dominii, triticum in quantitate parva seminatur. Elbinga distat 15 milliaribus ideoque relatum ad classem quartam, videlicet glebae vilis.

K o s n o¹² habet mansos libertinales 2 et medium, arenosus ager vix aliquo semente aestivali conseminalbis, prata nulla habet, in mansis propriis ligna aliqua, pascua in silvis dominii ideoque relata ad classem sextam glebae vilissimae.

P u r d e n M i n u s¹³ mansos habet 9 apiarianes, semente aestivali vix in aliqua parte conseminalbes, silvis caret, prata in uno campo habet pauca, pascua nulla. Distat Elbinga 14, Regiomonto 16 milliaribus ideoque relatum ad classem sextam glebae vilissimae.

M e r t e n s d o r f f¹⁴ mansos habet libertinales 15, semente aestivali vix ad medietatem conseminalbes, ligna in mansis propriis ad focum habet, prata ad flumen vix sufficientia. Distantia eadem cum priore villa a maioribus civitatibus ideoque locatum ad classem quintam glebae vilioris.

W o r a i n d e n¹⁵ vasallagium mansos habet 30, semente aestivali neque ad medietatem conseminalbes, prata vix sufficientia, silvam, pascua habet. Elbinga distat 13 1/2, Regiomonto 16 milliaribus, relatum igitur ad classem quintam vilioris glebae.

T r i n c k a u s N o v u m¹⁶ vasallagium habet mansos 30 montosos et arenosos, semente aestivali vix ad medietatem conseminalbes, ligna ad focum et aedificia habet,

⁶ Prejlowo.

⁷ Gilawy.

⁸ Groszkowo.

⁹ Pajitny.

¹⁰ Mlyn kolo Purdy lub Purdkie

¹¹ Purda.

¹² Kośno.

¹³ Purdka.

¹⁴ Marcinkowo.

¹⁵ Osada zaginiona, w 1615 r. Worain; „Rewizja lanów”, s. 271.

¹⁶ Trękusek.

prata vix sufficientia. Distantia a maioribus civitatibus eadem cum villa priore ideoque relata ad classem quintam glebae vilioris.

K a l b o r n¹⁷ villa nobilis possessa a libertinis, habet mansos 30, semente aestivali vix ad medietatem conseminabiles, silva caret, prata vix sufficientia, paludes habet magnas, pascua in silvis dominii. Distat Elbinga 13 $\frac{1}{2}$, Regiomonto 16 milliaribus, relata igitur ad classem quintam glebae utpote vilioris.

K l a k e n d o r f f¹⁸ vasallagium vigore privilegii mansos habet inclusis parochialibus 45, sed iuxta exhibitam mappam tantum reperti 40: vasalli 30, libertinales, 5, parochiales 5. Prata habet sufficientia, consideratis pratis seorsivo privilegio contentis sub Trinckaus Vetus. Silvam quoque extra graniciem 6 mansorum, ubi mola Woydkowina cum parte modica agri eruncati. Conseminatio aestivalis non de toto in omnibus tribus campis fieri potest, triticum copiosius in uno quam altero campo seminatur, in tertio perquam modicum. Paludes circa lacum in campis duobus habet, relatum igitur ad classem tertiam, videlicet glebae intermixtae.

S c h o n w a l d¹⁹ mansos habet 50, semente aestivali ultra medietatem conseminabiles, prata habet ad sufficientiam, paludes plurimas in omnibus campis, ligna nulla, triticum in campis duobus in aliqua quantitate seminatur. Elbinga distat 13, Regiomonto 15 milliaribus ideoque relata ad classem tertiam utpote glebae intermixtae.

L a i n a u²⁰ mansos habet 24, semente aestivali ad tertiam partem conseminabiles, prata nisi in campis duobus ad necessitatem, ligna nulla, paludes in uno campo, triticum in aliquanta quantitate seminatur. Distantia eadem a maioribus civitatibus cum priore, relata igitur ad classem quartam glebae vilis.

T r i n c a u s V e t u s²¹ nobilis villa, possessa a libertinis, mansos habet 30 (horum 8 sunt deserti, de quibus spes quod dividentur), semente aestivali vix ad medietatem conseminabiles, ligna non habet nisi in silvis dominii solita sub recognitione, paludes magnas, prata vix ad necessitatem. Distantia eadem a maioribus civitatibus cum villa priore, relata igitur ad classem quintam glebae vilioris.

P u p p e n s e u K o l p a k e n²² mansos habet libertinales 7, ager arenosus ex parte, semente aestivali vix ad medietatem conseminabilis, prata modica, sed pascua in silvis dominii, propriam autem non habet. Elbinga distat 14, Regiomonto 16 milliaribus, locata itaque sub classe quinta glebae vilioris.

P r z y k o p²³ mansos habet 25, aestivali semente vix quarta pars conseminabilis, silva caret, prata pro necessitate habet, pascua in silvis dominii. Distat Elbinga 15 milliaribus, relata igitur ad classem sextam glebae vilissimae.

W u t r i n e n²⁴ mansos habet (exceptis 6 parochialibus) 34, semente aestivali ad medietatem conseminabiles, ligna in mansis propriis ad focum et aedificia habet, prata ad usum suum non sufficientia. Elbinga distat 15 milliaribus ideoque relata ad classem quartam glebae vilis.

S c h a m e n s e u S o m b i e n²⁵ mansos habet 16 apiarianes, ex his 4 ad tabernam Culmensem, prata aliqua ad flumen, ligna in propriis mansis ad sufficientiam, campus aestivalis commixtus hiemali vix in parte aliqua conseminabilis. Distantia eadem cum priore a civitatibus maioribus ideoque relata sub classe sexta vilissimae glebae.

¹⁷ Kaborno.

¹⁸ Klewki.

¹⁹ Szczęsne.

²⁰ Linowo.

²¹ Trękus.

²² Kolpaki.

²³ Przykop.

²⁴ Butryny.

²⁵ Ząbie.

